22. *Nescitis quid petatis.* Mater, inquit Hieronymus, postulat, et Dominus discipulis loquitur, intelligens preces ejus ex filiorum descendere voluntate. Sensus autem est: *Nescitis quid petatis*, quia non spiritualia petitis, sed temporalia. Vel, quia bonum quidem est quod petitis, sed non obtinetur precibus et favore, sed labore et bonis operibus illud merentibus conceditur. — *Calicem.* Poculum passionis sic vero appellatur metaphorâ fortasse ex antiqua consuetudine ducta, qua solebat damnatis ad mortem poculum veneno plenum porrigi, ut e ratione vitam finirent, quo genere mortis Socrates extinctus est. — *Possumus.* Multi auctores existimant, ut temere et ambitiose honorem petiverant, ita quoque temere et ambitiose respondisse possimus, nec satis percipisse quam magna res esset quam pollicebantur. Maldonatus putat non temere, nec incipienter, sed amanter, et vere respondisse se paratos esse ut pro Christo morerentur, ut postea exitus docuit.

23. *Calicem quidem meum bibetis.* De Jacobo constat Domini calicem bibisse, cum ab Herode occisus sit, ut habemus Act., c. 12. Joannes autem, licet occisus non sit, calicem tamen passionis bibit, quia in dolium ferventis olei injectus est, et in insulam Pathmos relegatus. — *Non est meum dare vobis.* Non negat Christus suæ potestatis atque officii esse concedere ut aliquis ad dextram vel sinistram suam sedeat; sed tantum negat esse suæ potestatis et officii illis dare, sed tantum his quibus a Patre suo paratum esset; quasi dicat: Non est meum dare vobis, propterea quod petitis, aut propterea quod cognati mei estis; non est meum dare vobis, qui nondum meruistis. — *Quibus paratum est a Patre meo.* Qui illud meruerunt.

24. *Indignati sunt.* Egredulerunt, quod aliis vellent anteferri.

25. *Vocavit eos ad se.* Decem discipulos; mater enim et duo ejus filii separatim et clam primum a Christo postulaverant; quod tamen adeo secreto non fecerant, quin decem quæ agebantur intelligerent. — *Dominantur eorum.* In eos dominatum exercent. — *Et qui majores sunt.* Inter eos, reges nimirum, et principes: est repetitio præcedentium, et explicatio Scripturæ usitata.

28. *Ministrari.* Ut ei ministretur. — *Ministrare.* Omnium utilitati servire. — *Dare animam.* Vitam ponere. — *Redemptionem pro multis.* Pro redimendis hominibus; græce est, λύτρον, quod pretium redemptionis significat.

assis dans votre royaume, l'un à votre droite, et l'autre à votre gauche.

22. Mais Jésus leur répondit: Vous ne savez ce que vous demandez: pouvez-vous boire le calice que je dois boire? Nous le pouvons, lui dirent-ils.

23. Jésus leur répartit: Il est vrai que vous boirez le calice que je boirai; mais pour ce qui est d'être assis à ma droite ou à ma gauche, ce n'est point à moi à vous le donner, mais à ceux à qui mon Père l'a préparé.

24. Les dix autres ayant entendu ceci, en furent indignés contre les deux frères.

25. Mais Jésus les appela tous à lui, et leur dit: Vous savez que les princes des nations dominent sur elles, et que ceux qui sont les plus puissants parmi eux les traitent avec empire.

26. Il n'en doit pas être de même parmi vous; mais il faut que celui qui voudra être le plus grand parmi vous soit votre serviteur;

27. Et que celui qui voudra être le premier parmi vous soit votre esclave;

28. Faisant comme le Fils de l'homme, qui n'est pas venu pour être servi, mais pour servir, et pour donner sa vie pour la rédemption de plusieurs.

29. Lorsqu'ils sortaient de la ville de Jéricho, il fut suivi d'une grande troupe de peuple.

30. Et deux aveugles, qui étaient assis le long du chemin, ayant entendu dire que Jésus passait, se mirent à crier : Seigneur, fils de David, ayez pitié de nous !

31. Et comme le peuple les reprenait pour les faire taire, ils se mirent à crier encore plus haut, en disant : Seigneur, fils de David, ayez pitié de nous.

32. Alors Jésus s'arrêta, et les ayant appelés, il leur dit : Que voulez-vous que je vous fasse ?

33. Seigneur, lui dirent-ils, que vous nous ouvriez les yeux.

34. Jésus étant donc ému de compassion à leur égard, leur toucha les yeux ; et au même moment ils recouvrèrent la vue, et le suivirent.

30. Et ecce duo cæci, sedentes secus viam audierunt quia Jesus transiret ; et clamaverunt, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David.

31. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David.

32. Et stetit Jesus, et vocavit eos, et ait : Quid vultis ut faciam vobis ?

33. Dicunt illi : Domine, ut aperiantur oculi nostri.

34. Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, et secuti sunt eum.

CHAPITRE XXI.

Entrée de Jésus dans Jérusalem. Vendeurs chassés du temple. Acclamations des enfants. Figuier séché. Puissance de la foi. Autorité de Jésus. Baptême de Jean. Paraboles des deux fils envoyés à la vigne, des vignerons homicides et de la pierre angulaire.

1. Lorsqu'ils approchèrent de Jérusalem, et qu'ils furent arrivés à Bethphagé, près de la montagne des Oliviers, Jésus envoya deux de ses disciples,

2. Et leur dit : Allez à ce village qui est devant vous, et vous y trouverez en arrivant une ânesse attachée, et son ânon avec elle : détachez-les, et me les amenez.

3. Et si quelqu'un vous dit quelque chose, dites-lui que le Seigneur en a besoin ; et aussitôt il vous les laissera emmener.

4. Or tout cela se fit afin que cette parole du prophète fût accomplie :

5. Dites à la fille de Sion : Voici votre roi qui vient à vous plein de douceur, monté sur une ânesse et sur l'ânon de celle qui est sous le joug.

1. Et a cum appropinquassent Jerosolymis, et venissent Bethphage ad montem Oliveti ; tunc Jesus misit duos discipulos, [a Marc. 11. 1. Luc. 19. 29.]

2. Dicens eis : Ite in castellum quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea : solve, et adducite mihi :

3. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet : et confestim dimittet eos.

4. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem :

5. a Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subjugalis. [a Isai. 62. 11. Zach. 9. 9. Joan. 12. 15.]

rusalem. C'est la première ville que Josué ait prise dans le pays de Chanaan. Hérode le Grand y avait bâti un palais magnifique dans lequel il mourut. C'était une ville très-importante du temps de Jésus-Christ ; mais ce n'est plus aujourd'hui qu'un misérable village.

CAP. XXI. — 1. *Et venissent Bethphage.* Bethphagé était entre Bethanie et le lieu de l'ascension de Jésus-Christ. Il n'en existe plus rien que des pierres dispersées. On monte de Bethanie jusque-là où le terrain est assez plat ; à gauche, s'ouvre une vallée profonde qui sépare le mont des Oliviers, proprement dit, de la montagne qui portait Bethphagé. C'est là que Jésus commença sa marche triomphale en envoyant chercher dans le village qui était vis-à-vis, sur la montagne des Oliviers, l'ânesse et son ânon, pour lui servir de monture.

5. *Dicite filiæ Sion.* Ces premiers mots ne se trouvent pas dans Zacharie. C'est ce qui a engagé plusieurs interprètes à les attribuer à Isaïe. Mais si l'on considère, dit le P. Lallemand, que l'Évangile ne parle que d'un prophète ; que ces paroles de saint Jean : *Noli ti-*

30. *Fili David.* Id est, Messia. Vide c. 9, n. 27 ; et c. 15, n. 22 ; Marc., 10, 47.

31. *Increpabat eos ut tacerent.* Non invidie et maligne, sed amantem et officiosum id piam turbam fecisse credendum est, ne homines abjecti Christo obstrepere molesti essent.

34. *Tetigit oculos eorum.* Vide dicta supra, c. 8, n. 3. — *Viderunt.* Visum receperunt.

CAP. XXI. — 1. *Bethphage.* Villa erat ad montem Oliveti, vicina Bethaniæ ; quare D. Lucas ait c. 19, n. 29 : *Factum est, cum appropinquasset ad Bethphage et Bethaniam.*

2. *In castellum.* Εἰς τὴν κωμὴν, in pagum aut in vicum. — *Contra vos est.* E regione, ante vos.

3. *Dominus his opus habet.* Jesus his opus habet.

4. *Ut adimpleretur.* Significatur Christum asino insidentem Jerusalem ingredi voluisse, ut cogenterur Judæi ex prophetiæ testimonio ipsum tanquam suum regem et Messiam agnoscere.

5. *Dicite filiæ Sion.* Hæc verba apud Zachariam non sunt, ex quo desumptum est sequens testimonium ; sed aut evangelista explicandi causa præposuit, aut ex Zacharia et Isaïa, c. 62, n. 11, testimonium conflat. — *Filiæ Sion.* Frequens hebraismus, quo civitates filiæ appellantur. Vide hoc testimonium suo loco explicatum, hoc est, Zachar., 9, 9.

6. Eunt autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus.

7. Et adduxerunt asinam et pullum : et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt.

8. Plurimum autem turba straverunt vestimenta sua in via : alii autem cædebant ramos de arboribus, et sternerant in via.

9. Turbæ autem, quæ præcedebant et quæ sequantur, clamabant, dicentes : Hosanna filio David : a Benedictus qui venit in nomine Domini : hosanna in altissimis. [a Psal. 117. 26. Marc. 11. 10. Luc. 18. 58.]

10. Et cum intrasset Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens : Quis est hic ?

11. Populi autem dicebant : Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilææ.

12. a Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes et ementes in templo, et mensas numula-

6. Les disciples s'en allèrent donc, et firent ce que Jésus leur avait commandé.

7. Et ayant amené l'ânesse et l'ânon ils les couvrirent de leurs vêtements, et le firent monter dessus.

8. Une grande multitude de peuple étendit aussi ses vêtements sur le chemin ; les autres coupaient des branches d'arbres, et les jetaient dans le chemin.

9. Et tous ensemble, tant ceux qui allaient devant lui que ceux qui le suivaient, criaient : Hosanna, au fils de David : béni soit celui qui vient au nom du Seigneur : hosanna au plus haut des cieux !

10. Lorsqu'il fut entré dans Jérusalem, toute la ville en fut émue ; et chacun demandait : Qui est celui-ci ?

11. Or les peuples disaient : C'est Jésus le prophète qui est de Nazareth en Galilée.

12. Jésus entra ensuite dans le temple de Dieu, et il en chassa tous ceux qui vendaient et qui achetaient dans le temple ; il renversa les tables

mere filia Sion, ne sont point non plus en termes exprès dans Zacharie, on croira plutôt que les Évangélistes, sans s'assujétir aux mots, se sont contentés d'en rapporter le sens. *Noli timere filia Sion* de saint Jean ; *exulta filia Sion* de Zacharie, et *Dicite filia Sion* de saint Matthieu, sont des expressions qui, au fond, disent la même chose (Voyez la concorde des Évangiles, V^e Part., chap. XIV).

8. *Straverunt vestimenta sua.* C'est encore l'usage en Orient d'étendre des vêtements où doit passer un personnage considérable. « En 1834, dit le docteur Sepp, le consul anglais de Damas, M. Farran, passant par Bethléhem, vit arriver à sa rencontre des centaines d'hommes qui, tout à coup, comme par une inspiration subite, étendirent leurs habits à terre devant son cheval, le suppliant d'intercéder pour eux auprès du vice-roi d'Égypte, dont ils avaient encouru la colère en se révoltant contre lui (*La vie de Notre Seigneur Jésus-Christ*, tom. II, pag. 240-241).

12. *Et mensas numulariorum.* La partie antérieure du temple qu'on appelait le parvis ou portique de Salomon, était envahie par des marchands au temps des grandes fêtes, et surtout de la fête de Pâques. Ils tenaient là une espèce de foire dans laquelle ils vendaient des animaux pour les sacrifices. Saint Jérôme dit qu'il y avait là des banquiers qui prêtaient de l'argent sans caution à ceux qui en manquaient pour acheter les choses nécessaires pendant la fête. Ces banquiers faisaient aussi l'office de changeurs, parce qu'on ne devait verser dans le trésor du temple que la monnaie nationale, et comme il y avait alors en Judée beaucoup de monnaies étrangères, il fallait faire cet échange. Il se glissait nécessairement beaucoup de fraudes dans ce trafic, et c'est pour ce motif que Jésus accuse tous ces marchands de faire du temple une caverne de voleurs.

7. *Et eum desuper sedere fecerunt.* Græce, ἐπάνω αὐτῶν, *super ea*, quod vel ad asinam et pullum, vel ad vestimenta, ἵματια, referri potest.

8. *Vestimenta.* Summas vestes, pallia.

9. *Hosanna.* Id est, *salva, obsecro* : acclamatio solita Hebræis, qua a Deo prosperitatem omnem precantur et felicitatem, sumptumque est ex Psalm., 117, 23 : *O Domine, salvum me fac, o Domine, bene prosperare*, cujus versiculi prior pars in hebræo est, *anna adonai hosannahanna*. Respondet vulgaris acclamatio Italis usitata, *viva, viva!* — *Filio David.* Quasi dicit : *Messie omnis felicitas, vivat Messias, vivat Christus David filius!* Vel dicitur filio David in dativo, quia ut docet Genebrardus, verbum salvandi fere construitur cum dativo, quem hebraismus græcus et latinus interpres retinuerunt. — *Benedictus, qui venit.* Prosper sit ejus adventus. — *In nomine Domini.* A Deo missus, et ejus personam gerens. — *Hosanna in altissimis!* *Salva, obsecro, eum, tu qui habitas in altissimis.* Vel *in altissimis* positum est pro *de altissimis*, hoc est, colitus, divinitus, mirabiliter Christum serva.

10. *Commota est universa civitas.* Variis affectibus, gaudio, admiratione, metu, invidia, prout quisque effectus erat ; sed præsertim invidia, qua scribæ et pharisæi utebantur. — *Quis est hic?* Cui sic acclamatur et qui pro Messia recipitur.

11. *Populi.* Οἷχα turba. — *Propheta.* Non quemlibet prophetam, sed eximum illum et diu expectatum intelligunt, scilicet Messiam. — *Nazareth.* Ibi enim educatus est Christus.

12. *Et intravit Jesus in templum.* Non satis compertum est quando Christus in templum intraverit. Aliqui putant recta ad templum se contulisse ; alii non eodem die quo Jerusalem ingressus est, sed postriedie. — *In templum Dei.* In templi atrium, in quo populus orare solebat, quodque erat ante atrium sacerdotum. — *Vendentes et ementes in templo.* Confluentem in templi innumera multitudinem, plurimæ hostiæ offerebantur, maxime festis diebus, quæ ne deessent de longe venientibus, sacerdotes animalia ad sacrificia vendebant ; cumque aliqui unde emerent non haberent, constituerant numularios, qui mutuam sub cautione pecuniam darent. Ita explicat Hieronymus. Fortasse etiam præteritum accipiebant pro elocatione loci ad questum opportuni. — *Cathedras.* Quales hujusmodi rerum in foro venditores habere solent.

des changeurs et les sièges de ceux qui vendaient des colombes;

13. Et il leur dit : Il est écrit : Ma maison sera appelée la maison de la prière, et vous en avez fait une caverne de voleurs.

14. Alors des aveugles et des boiteux vinrent à lui dans le temple, et il les guérit.

15. Mais les princes des prêtres et les scribes voyant les merveilles qu'il venait de faire, et les enfants qui criaient dans le temple : Hosanna, au fils de David ! ils en conçurent de l'indignation ;

16. Et ils lui dirent : Entendez-vous bien ce que disent ces enfants ? Oui, leur répondit Jésus : n'avez-vous jamais lu : Vous avez tiré la louange la plus parfaite de la bouche des petits enfants, et de ceux qui sont à la mamelle ?

17. Et les ayant laissés là, il sortit de la ville, et s'en alla à Béthanie, où il passa la nuit.

18. Le matin, comme il retournait à la ville, il eut faim.

19. Et voyant un figuier sur le chemin, il s'en approcha ; mais n'y ayant trouvé que des feuilles, il lui dit : Qu'à jamais il ne naisse de toi aucun fruit. Et au même moment le figuier devint sec.

20. Ce que les disciples ayant vu, ils furent saisis d'étonnement, et se dirent : Voyez comme ce figuier est devenu sec en un instant.

18. *Mane autem revertens.* Il n'était pas d'usage chez les Juifs de manger avant le sacrifice du matin qui avait lieu à neuf heures. Le premier repas se faisait à dix heures ; et il est donc tout naturel que Jésus ait eu faim.

19. *Et videns fici arborem.* On montre à un quart de lieue de Jérusalem le champ que Jésus a rendu célèbre par la malédiction prononcée contre le figuier. Ce fait se passa le mardi de la semaine de la passion.

13. *Scriptum est. Isa., 56, 7. — Speluncam latronum.* Propter scelus avaritiæ, furta, usuras et nundinas, quibus templum profanabant. Mirum est numularios et alios nundinas in templo exercentes Christo non restitisse. Respondet D. Hieronymus : *Ignem quiddam atque siderum radiabat ex oculis ejus, et divinitatis majestas lucebat in facie.* Itaque mirum non est si timore consternati in fugam versi sunt.

16. *Utique.* Audio. — *Ex ore infantium.* Sumptum est ex Psal., 8, 3. Qui clamabant non fuerunt infantes, sed pueri, ut colligitur ex versiculo præcedenti, ubi appellantur *pueri*, græce, *παιδες*. Hi enim cum turbam audissent clamantem *Hosanna filio David!* idem carmen, ut ea solet ætas, ingeminabant. — *Perfecisti laudem.* Perfectam laudem consecutus es.

17. *Relictis illis.* Principibus sacerdotum et scribis, de quibus n. 15 dictum erat. Eos vero reliquisse putandum est, vel quod ejus præsentia et colloquiis indigni essent, vel ne ab illis ante tempus comprehenderetur. — *In Bethaniam.* Quæ sita erat in latere montis Oliveti, et duobus milliaribus ab Jerusalem distabat.

18. *Esuriit.* Aliqui putant non vere esurisse Dominum, sed se esurire finxisse, ut occasionem haberet miraculum patranti. Alii putant famem illam voluntariam fuisse et Christo sponte accersitam, quod matutino tempore post somnum cibum appetere naturaliter non solemus. Alii putant fuisse veram et naturalem esuriam, quod videtur probabilissimum. Nam Christus parce admodum cibum capiebat, et noctes frequenter vigilabat; itaque mirum non est si matutino tempore esuriit.

19. *Nihil invenit in ea.* Addit Marcus, c. 11, n. 13 : *Non enim erat tempus ficorum;* sed cur Dominus, cum seiret ficorum tempus non esse, eos tamen quæsit in ficulnea, illique maledixit, et aridam reddidit? Respondetur Dominum sicut parabolice et metaphoricè multa dixit, sic et parabolice hoc fecisse, ut aliquid aliud significaret : mysterium autem quod significatur hoc fuit, quod cum synagoga arbor esset a Deo in vinea sua plantata, fructumque in ea sæpe quæsisset, nunquam invenisset, merita est ut arderet, et veteri legi abrogata exstingueret. Nec tamen vitio carebat quod fructum non fecerat; nam arboris quidem certo anni tempore fructus ferre debent, homines autem nullo non tempore benefacere tenentur. — *Nunquam ex te fructus nascatur.* Quod ficulneæ maledixit mysterium fuit, ut proxime explicavimus.

20. *Videntes discipuli.* Die sequenti, ut ait Marcus; statim enim arefacta est, ut hoc loco dicit evangelista, sed non statim apparuit arida. Vel dicendum statim apparuisse aridam, sed postmodum dixisse Christo : *Ecce ficus cui maledixisti, aruit,* ut habet Marcus, idemque dixisse reliquos discipulos. Vel tandem dicendum bis dixisse *quomodo aruit,* et prima die, cum arbori Christus maledixit, et postmodum, cum iterum illam transiret Christus cum discipulis.

riorum, et cathedras vendentium columbas evertit; [a Marc. 11. 13. Luc. 19. 45. Joan. 2. 14.]

13. Et dicit eis : a Scriptum est : Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum. [a Isai. 56. 7. Jer. 7. 11. Luc. 19. 46.]

14. Et accesserunt ad eum cæci et claudi in templo : et sanavit eos.

15. Videntes autem principes sacerdotum, et scribæ mirabilia quæ fecit; et pueros clamantes in templo, et dicentes : Hosanna filio David, indignati sunt.

16. Et dixerunt ei : Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis : Utique. Nunquam legistis : a Quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem? [a Psal. 8. 3.]

17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique mansit.

18. Mane autem revertens in civitatem, esuriit.

19. a Et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam, et nihil invenit in ea nisi folia tantum, et ait illi : Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. [a Marc. 11. 13.]

20. a Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes : Quomodo contiguit aruit? [a Marc. 11. 20.]

21. Respondens autem Jesus, ait eis : Amen dico vobis, si habueritis fidem, et non hæsitaveritis, non solum de ficulnea facietis, a sed et si monti huic dixeritis, tolle, et jacta te in mare, fiet. [a Sup. 17. 19.]

22. a Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. [a Sup. 7. 7. Marc. 11. 24. I. Joan. 3. 22.]

23. Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum doctores, principes sacerdotum et seniores populi, dicentes : a In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? [a Marc. 11. 28. Luc. 20. 2.]

24. Respondens Jesus, dixit eis : Interrogabo vos et ego unum sermonem : quem si dixeritis mihi, et ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.

25. Baptismus Joannis unde erat? e caelo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes :

26. Si dixerimus, e caelo, dicet nobis : Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timeamus turbam : a omnes enim habebant Joannem sicut prophetam. [a Sup. 14. 5.]

27. Et respondentes Jesu, dixerunt : Nescimus. Ait illis et ipse : Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

28. Quid autem vobis videtur? homo quidam habebat duos filios, et accedens ad primum, dixit : Fili, vade, hodie, operare in vinea mea.

21. Alors Jésus leur dit : Je vous le dis en vérité : Si vous avez de la foi, et si vous n'hésitez point, non-seulement vous ferez ce que je viens de faire à l'égard de ce figuier ; mais quand même vous diriez à cette montagne : Ote-toi de là, et te jette dans la mer ; cela se fera.

22. Et quoi que ce soit que vous demandiez dans la prière, vous l'obtiendrez si vous le demandez avec foi.

23. Lorsqu'il fut arrivé dans le temple, les princes des prêtres et les sénateurs du peuple juif vinrent le trouver, comme il enseignait, et lui dirent : Par quelle autorité faites-vous ces choses ? et qui vous a donné cette autorité ?

24. Jésus leur répondit : J'ai aussi une question à vous faire ; et si vous m'y répondez, je vous dirai par quelle autorité je fais ceci.

25. D'où était le baptême de Jean ? du ciel ou des hommes ? Mais eux raisonnaient ainsi en eux-mêmes :

26. Si nous répondons qu'il était du ciel, il nous dira : Pourquoi donc n'y avez-vous pas cru. Et si nous répondons qu'il était des hommes, nous avons à craindre le peuple. Car Jean passait pour un prophète dans l'esprit de tout le monde.

27. Ils répondirent donc à Jésus : Nous ne savons. Et Jésus leur répondit : Je ne vous dirai pas non plus par quelle autorité je fais ceci.

28. Mais que vous semble de ce que je vais vous dire ? Un homme avait deux fils ; et s'adressant au premier, il lui dit : Mon fils, allez-vous-en aujourd'hui travailler à ma vigne.

21. *Si habueritis fidem.* Marcus habet, *habete fidem Dei*, id est, fidem magnam fiducia impetrandi conjunctam. — *Non solum de ficulnea facietis.* Non solum poteritis ficulneam arefacere. In græco est, *ὅ μὲν τὸ τῆς συκῆς, non solum quod in sicu factum est.* — *Tolle, et jacta te in mare.* In græco est, *tollere, et jactare, ἀρῆτι, καὶ βληθῆτι.*

22. *Credentes.* Fide nihil vacillante. Vide Jacob., 1, 6 : *Postulet autem in fide nihil hæsitans, etc.*

23. *In qua potestate hæc facis?* Qua potestate et auctoritate fretus e templo eientes et vendentes expulisti, urbemque et templum cum tanto comitatu clamantium, *Hosanna! etc.*, ingressus es?

24. *Interrogabo... unum sermonem.* Unam proponam questionem.

25. *Baptismus Joannis unde erat?* Baptismus vocat Christus non solum baptismum quo homines aqua baptizabat, sed omnem ejus professionem, omne institutum, omnem prædicationem atque doctrinam, quemadmodum nomine circumcisionis tota lex Mosis intelligebatur. — *Cogitabant inter se.* Videtur sacerdotes a Christo aliquantulum secessisse, et submissa voce de responsione danda consultasse, quod ex verbo græco aliquo modo colligitur, *διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, ratiocinabantur apud seipsos*, quasi non solum cogitaverint, sed etiam colloqui fuerint et consultaverint. Ita explicat Jansenius, Cajetanus et Barradius. Credibilis mihi videtur aliquos eorum vim argumenti prævidisse, et eludere voluisse dicendo se nescire.

26. *Si dixerimus, e caelo.* Non poterant confiteri baptismum Joannis e caelo esse, quia coacti fuissent confiteri Christum non humana, sed divina potestate facere quæ faciebat, quia Joannes de illo testimonium perhibuerat : *Eccæ Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*, Joan., 1, 29. Præterea si respondissent Joannis baptismum e caelo fuisse, id est, baptizasse et docuisse potestate a Deo accepta, dicere potuissent Christus : Cur admittitis doctrinam et baptismum Joannis, qui nullum edidit miraculum, nec a vobis baptizandi facultatem postulavit ; meam autem doctrinam miraculis confirmatam non admittitis? — *Timeamus turbam.* Ne lapidet nos ut blasphemos, aut alia ratione in nos infesta consurgat.

28. *Homo quidam habebat duos filios.* Parabolæ significatio est hujusmodi : homo qui habebat duos filios Deus est. Duo filii, ut multi patres explicant, sunt duo populi, gentilis et judæicus. Gentilis prior a Deo per legem naturalem jussus est in vinea laborare, sed abnuvit, quia eam non servavit ; sed postea penitentia ductus est, et in vineam venit, quia non tantum legem naturalem servavit, sed etiam evangelicæ jugo se subiecit. Contra Judæi polliciti sunt se servaturos legem datam per Moysen, sed illa violata, Evangelicæ etiam restiterunt, ideoque illi similes fuerunt qui se in vineam iturum dixit, sed non ivit. Possunt etiam duo filii duo hominum Judæorum genera significare. Primum, plebem et publicanos, meretrices et peccatores, qui male vivendo dicere videbantur, nolle se conferre ad opus in vinea faciendum ; et tamen iverunt, quia prædicatione Joannis et Christi mores mutarunt, et quod a Patre cœlesti jubebantur fecerunt. Secundum, sacerdotes, scribas et pharisæos, qui legis observationem severam et exactam profitebantur, et tamen nihil minus fecerunt ; nam nec legem servarunt, nec Joannem aut Christum salutaria prædicantem audiverunt.

29. Je ne veux pas y aller, lui dit-il. Mais après, étant touché de repentir, il y alla.

30. Il s'adressa ensuite à l'autre, et lui dit la même chose. Celui-ci répondit : J'y vais, seigneur. Et il n'y alla point.

31. Lequel des deux a fait la volonté de son père? C'est le premier, lui dirent-ils. Et Jésus ajouta : Je vous dis en vérité que les publicains et les femmes prostituées vous devanceront dans le royaume de Dieu.

32. Car Jean est venu à vous dans la voie de la justice; et vous ne l'avez point cru : les publicains, au contraire, et les femmes prostituées l'ont cru; et vous qui avez vu leur exemple, vous n'avez point été touchés de repentir, ni portés à le croire.

33. Ecoutez donc une autre parabole. Il y avait un père de famille, qui, ayant planté une vigne, l'enferma d'une haie; et creusant dans la terre, il y fit un pressoir, et y bâtit une tour : puis il la loua à des vigneron, et s'en alla dans un pays éloigné.

34. Or le temps des vendanges étant proche, il envoya ses serviteurs aux vigneron, pour recevoir d'eux les fruits de sa vigne.

35. Mais les vigneron, s'étant saisis de ses serviteurs, battirent l'un, tuèrent l'autre, et en lapidèrent un autre.

36. Il leur envoya encore d'autres serviteurs en plus grand nombre que les premiers; et ils les traitèrent de même.

37. Enfin il leur envoya son propre fils, disant : Ils auront quelque respect pour mon fils.

31. *Præcedent vos in regnum Dei.* Vous, s'écrie Bossuet, ô prêtres, religieux et religieuses, dont la vie ne répond pas à votre état; et vous tous, ô gens de bien en apparence, dévots de profession, appliquez-vous cette parabole. Ne vous lasserez-vous jamais de n'avoir qu'un vain titre de piété, à l'exemple des pharisiens, des pontifes et des sénateurs des Juifs? Rougissez, rougissez une bonne fois; humiliez-vous, confessez vos faiblesses et les corrigez. C'est à vous que Jésus-Christ parle en ce discours (*Méditations sur les Evangiles*, XXVII^e jour).

37. *Misit ad eos filium suum.* Jésus est à la veille de sa passion, il est entouré des pharisiens et des princes des prêtres qui ont juré sa perte, et il leur expose avec calme la nature de sa mission et les conséquences qui en résulteront. Il est le Fils de Dieu, il est l'héritier de son Père éternel, et ils le traiteront comme ils ont traité tous les autres envoyés de Dieu; ils le jetteront hors de la vigne et le tuent.

31. *Publicani, et meretrices præcedent vos in regnum Dei.* Dicit publicanos et meretrices præcedere, non quod sacerdotes secuturi sint, et in regnum Dei ingressuri, sed quod cum legis doctores essent, et præcedere deberent, adeo non præcederent, ut ne subsequerentur quidem : in græco est, *προαχθισιν ὄντας, præeunt vos, ante vos eunt*, et sensus esse potest : ante vos eunt in via poenitentiae et virtutis, iter demonstrantes qua vobis esset gradien-dum.

32. *In via justitiæ.* Docens verbo et exemplo justitiam. — *Videntes.* Publicanos et meretrices credere, et poenitentiam agere. — *Nec poenitentiam habuistis.* Nec postquam illorum exemplum vidistis, sententiam mutare voluistis.

33. *Homo erat paterfamilias.* Deum significat. — *Plantavit vineam.* Synagogam intelligit, seu quod idem est, populum Israeliticum. S. Marcus habet, *pastinavit*; est autem *pastinare* idem quod fodere : uterque evangelista in græco habet, *ἐφύρτισε, plantavit*; sed sensus est idem, nam vites fodiendo plantantur. — *Sepem circumdedit.* Sepes significat custodiam angelorum, sive rectorum, vel divinæ Providentiæ protectionem. Alii legem et præcepta interpretantur, quibus Judæi quasi certis limitibus concludebantur, ne quicquid libere facerent. — *Fodit in ea torcular.* Lacum ubi vinum, excipitur expressis uvis, scilicet legem discernentem purum ab impuro. Alii altare interpretantur, quod victimarum sanguine, quasi musto, redundabat. Alii spiritum prophetarum, qui quasi mustum fervebat. — *Edificavit turrim.* Templum, vel civitatem ipsam Jerusalem, vel legis altitudinem. — *Locavit eam agricolis.* Sacerdotibus, scribis et toti Judæorum genti colendam dedit, mercedem soluturus. — *Peregre profectus est.* Deus ubique est sed multis videtur absens.

34. *Misit... servos.* Prophetas.

35. *Alium ceciderunt.* Nam propheta, ut loquitur S. Paulus ad Hebr., c. 11, n. 37 : *Lapidati sunt, secti sunt, etc.*

37. *Filium suum.* Jesum Christum. — *Verebuntur.* Id dicit quod eos facere æquum erat.

29. Ille autem respondens, ait : Nolo.

Postea autem, poenitentia motus, abiit.

30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait : Eo, domine; et non ivit.

31. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei : Primus. Dicit illi Jesus : Amen dico vobis quia publicani et meretrices præcedent vos in regnum Dei.

32. Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, et non credidistis ei; publicani autem et meretrices crediderunt ei : vos autem videntes, nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

33. Aliam parabolam audite : a Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, et sepem circumdedit ei, et fodit in ea torcular, et ædificavit turrim, et locavit eam agricolis, et peregre profectus est. [a *Marc.* 12. 1. *Luc.* 20. 9. *Isai.* 5. 1. *Jer.* 2. 21.]

34. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.

35. Et agricolæ, apprehensis servis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt.

36. Iterum misit alios servos plures prioribus, et fecerunt illis similiter.

37. Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens : Verebuntur filium meum.

38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se : a Hic est hæres; venite, occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus. [a *Infr.* 26. 4. et 27. 2. *Joan.* 11. 53.]

39. Et apprehensum eum, ejecerunt extra vineam, et occiderunt.

40. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

41. Aiunt illi : Malos malè perdet; et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.

42. Dicit illi Jesus : Nunquam legistis in Scripturis : a Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. [a *Ps.* 117. 22. *Act.* 4. 11. *Rom.* 9. 33. *I. Pet.* 2. 7.]

43. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus.

44. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur : super quem vero ceciderit, conteret eum.

45. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisæi parabolas ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret.

46. Et querentes eum tenere, timuerunt turbas : quoniam sicut prophetam eum habebant.

44. *Et qui ceciderit super lapidem istum.* Jésus annonce aux Juifs que conformément aux prophéties la lumière leur sera enlevée et passera aux Gentils; ils cesseront d'être le peuple de Dieu, et ils seront remplacés dans ce rôle par un peuple nouveau qui formera l'Eglise de Jésus-Christ. Le Christ est la pierre angulaire, la pierre fondamentale de l'édifice; quiconque touchera à cette pierre se brisera. C'est encore une de ces prophéties qui se réalisent tous les jours. depuis 18 siècles.

38. *Hic est hæres.* Ex his verbis apparet Judæorum principes aut cognovisse Christum esse Dei Filium, aut saltem cognoscere potuisse. — *Habebimus hæreditatem ejus.* Illum de hæreditate deiciemus, et nos illum occupabimus : significatur principes sacerdotum, pharisæos et scribas Christum occidisse, ut vineam, id est, populum Israeliticum a Christo abstraherent, ne ipse dominaretur, sed potius ipsi omnia regerent arbitrato suo; sic Joan., 12, 19, dicebant : *Videtur quia nihil proficimus; ecce mundus totus post eum abiit.*

39. *Extra vineam.* Extra Jerusalem, et extra populum, in Calvarie montem, ubi separatus a populo, et ejus obsequiis et concursu morti traditus est.

42. *Lapidem quem reprobaverunt.* Pro lapis quem reprobaverunt. Hebraismus. Sumptum est hoc testimonium ex *Psalm.* 117, 22; sensus est : lapis ille, quem ædificantes rejecerunt tanquam fabricæ ineptum, non solum admissus est, sed etiam in potiori et honestiori loco est constitutus. Judæi, pharisæi et sacerdotes, quibus creditum erat munus Ecclesiam veterem ædificandi doctrina et exemplo, hi Christum rejecerunt; sed Christus in digniori fabricæ loco positus est, hoc est, in capite anguli, ut scilicet duos parietes necteret, populum nimirum judaicum et populum gentilem, ut ex utrisque unicam coagmentaret Ecclesiam. — *Factum est istud.* In græco est *ἐγένετο αὐτῶν, facta est hæc*, feminum pro neutro, more Hebræorum : sic *Psalm.* 26, 4 : *Unam petii a Domino, pro unum.* A Domino factum dicitur, quia a solo Domino, non humano consilio factum est ut, non credentibus Judæis, gentiles vocarentur, et per Christum lapidem angularem Ecclesie adjungerentur. — *Mirabile in oculis nostris.* Pro oculis nostris; ut scilicet Deus gentes admittat in Ecclesiam, et Judæos non credentes reprobet.

43. *Auferetur a vobis regnum Dei.* Abolita Synagoga, et Ecclesia quæ hic regnum Dei dicitur ad gentes translata. — *Fructus ejus.* Scilicet regni; fructus dignos regno Dei.

44. *Qui ceciderit super lapidem istum.* Qui in Christum inpegerit (qui aliquibus est lapis offensivus et petra scandalum), et in illum non crediderit, cadet et noxam accipiet, ut illis accidit qui, verbi gratia, pedis lapsu in terram aut in lapides devolvuntur, et caput aut membrum aliquod frangunt aut debilitant. — *Super quem vero ceciderit.* Lapidem cadere super aliquem, est Christum * gravi sua ultione in aliquem incubere, aut de celo ad eum judicandum et condemnandum venire, ut explicat D. Augustinus, et alii. Itaque remota lapidis metaphora, loci hujus sensus est miserum quidem esse in hac vita, et magnum noxiumque lapsum non credere in Christum; post hanc vero vitam extremam et omnium gravissimum perniciem incredulis inferendam a Christo, cum eos pœnis addicet æternis. — *Conteret eum.* Plane comminuet, et quasi in pulverem rediget. In græco est, *λυμῆσαι αὐτόν, ventilabit ipsum* : sic de impiis dicitur *Psalm.* 1, 4, futuros similes pulveri, quem projicit ventus a facie terræ.

46. *Tenere.* Manus in eum injicere, seu apprehendere.

38. Mais les vigneron, voyant le fils, dirent entre eux : Voici l'héritier : venez, tuons-le, et nous aurons son héritage.

39. Ainsi s'étant saisis de lui, ils le jetèrent hors de la vigne, et le tuèrent.

40. Lors donc que le maître de la vigne sera venu, que fera-t-il à ces vigneron?

41. Ils lui répondirent : Il fera périr misérablement ces misérables, et il louera sa vigne à d'autres vigneron qui lui en rendront les fruits en leur saison.

42. Jésus ajouta : N'avez-vous jamais lu dans les Ecritures : La pierre que ceux qui bâtissaient avaient rejetée est devenue la principale pierre de l'angle. C'est ce que le Seigneur a fait; et nos yeux le voient avec admiration.

43. C'est pourquoi je vous déclare que le royaume de Dieu vous sera ôté, et qu'il sera donné à un peuple qui en produira les fruits.

44. Celui qui tombera sur cette pierre s'y brisera, et elle écrasera celui sur qui elle viendra à tomber.

45. Les princes des prêtres et les pharisiens ayant entendu ces paraboles de Jésus, connurent bien que c'était d'eux qu'il parlait.

46. Et voulant se saisir de lui, ils appréhèdèrent le peuple, parce qu'il regardait Jésus comme un prophète.